



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXV. Bischof Albrecht von Halberstadt schenkt den deutschen Rittern die von Heinrich und Friedrich von Alvensleben erkauften Zehnthebungen zu Bergen bei Rodensleben, am 19. Oktober 1313.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XXV. Bischof Albrecht von Halberstadt schenkt den deutschen Rittern die von Heinrich und Friedrich von Alvensleben erkauften Zehnthebungen zu Bergen bei Rodensleben, am 19. Oktober 1313.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Albertus, dei gracia halberstadenfis ecclesie Episcopus, Heynricus, prepositus, Fredericus, Decanus, totumque eiusdem ecclesie Capitulum Vniuersis cristi fidelibus presencia uisuris seu auditoris salutem in perpetuum. Vt ea, que perpetue disponuntur permanfura, robur perpetuitatis obtineant, expedit ea uiuacitate literali et fideli testimonio perhennari. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod cum religiosi uiri Commendator terre saxonie et ceteri fratres ordinis teutonice de nostra vnanimi voluntate et beneplacito decimam quindecim mansorum et dimidii cum septem iugeribus, ouerlant uulgariter nuncupatis, cum omni iure, adiacentibus uille Berghe et campis, a strenuis militibus Hinrico et Frederico de aluenfleue, qui a nobis et ab ecclesia nostra iam dudum in pbeodo tenuerunt, licite redemissent, quam quidem decimam per uoluntariam resignationem predictorum militum in nostra manu liberam tenentes, Commendatori terre saxonie ceterisque fratribus domus theutonice antedictis necnon eorum ordini vna cum proprietate dicte decime donauimus, diuini amoris intuitu, pure et simpliciter per presentes transulimus in eisdem perpetue possidendam. Verum ut presens donacio nostra et translacio perpetue firmitatis existat, in euidentis testimonium predictorum nostrum et Capituli nostri sigilla presentibus duximus apponenda. Huius rei testes sunt Dominus Wernerus de Wanzleue, nostre ecclesie Camerarius, Frater Heydenricus, plebanus in berghe, Lodewicus de Wanzleue, miles, Conradus, capelle rector in blank: et quam plures alii clerici et layci fidedigni. Datum halberstad, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIII<sup>o</sup>. In crastino Luce.

Nach dem Originale im Guts-Archive zu Bergen, vom Herrn Hofammerrathe Steinkopff mitgetheilt.

XXVI. Herzog Albert von Braunschweig erklärt, den Rittern Heinrich und Friedrich von Alvensleben mit dem ihnen verpfändeten Schlosse Zerrheim keinerlei Vogtei, Grafschaft oder Besteuerungsrechte über Besitzungen der Kirche St. Blasien zu Braunschweig eingeräumt zu haben, am 19. August 1313.

Nos Dei gratia Albertus, Dux in Brunefwich, — — recognoscimus — — quod in obligando castrum nostrum Gerksom, discretis uiris Henrico et Frederico de Aluenfleue, militibus, et ipsorum heredibus, non coobligauimus cum eodem castro nec occasione eiusdem obligationis indulimus seu indulgemus ipsis aliquam advocatiam, comitiam aut petitiones aliquas seu seruitia in hominibus et in bonis Canonicorum ecclesie sancte Blasii in Brunefwich — —